



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 3. Ducatus Lauuenburgensis, Duché de Lauuenbourg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

§. 1. *Respublica Hamburgensis*, la Republique d'Hambourg.

HAMBVRGA : *Hamburg*, olim Gampriniorum sedes, & vrbs Vandala, maxima, diues, munita. Sic dicta est ab *Hain* luco, seu *Ham* syluâ quadam vicinâ, & verò Ditmarsi hodie Salicetum vocant *Ham*. ad Albim sita est, & ad hanc usque nauigia subuehuntur. De minoribus locis plura non addemus.

§. 2. *Archiepiscopatus Bremensis*, l'Archevesché de Breme.

BREM'A : *Breme*, Germanicè *Bremen*, ad Visurgim Fl. *le Veser*, Oenopolium olim totius Saxonie.

Stada : *Stade*, seu *staden*, ad Fl. *Zuwinghe*, vrbs perantiqua, Emporium nobile ab Anglis, & Batauis celebratum.

Boxtuda : *Buxtehude*, aliter *Boxteude*, ad Fl. *Esse*.

Stokela : *Stokel*, ad Fl. *Lun*.

Acksteda : *Acksteden*, ad eundem Fluvium.

Vorda : *Vorde*, aliter *Bremefurd*, castellum egregiè excultum Archiepiscopi sedes.

VORST Regiuncula, ubi viri fortes, ac fœminæ viris non impares; diu Archiepiscopis restitere, quibus nunc subditi sunt.

§. 3. *Ducatus Lauuenburgensis*, Duché de Lauuenbourg.

LAVVENBVRGVM : *Lauuenbourg*, ad Albim Fl. ubi Dux commoratur, qui se quoque Ducem Angricæ & Westphaliæ nominat, imò & Saxonie, vnde saepe à nostris dicitur, *de Saxe Lauuenbourg*.

Eettenburgum : *Eettenborg*.

Nacbaria : *Nacbare*.

§. 3. *Ducatus Megalopolitanus*, seu *Megalburgicus*, le Duché de Mekelbourg.

ROSTOCHIVM, seu Rhodopolis, & Laciburgum *Rostoch*, sui pene iuris ad Fl. Arnum, inter Anseaticas vrbes præcipua: in hoc tractu Obotritæ populi vixerunt, medio æuo celebres.

Schuuerinum : *suerin*, seu *schuuerin*, Dipolis cuius pars dicitur

Parall. Geogr. Tom. II.

R